



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. IV. Aßistentium Obligationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

r C. 9. D. 15. &
F. Con. Prov.
§. 8.

s F. Con. Prov.
§. 4.

Privilegia quo-
ad epistolas, &
suffragia.

s C. 7. D. 14.

u C. 9. D. 21.

libus suæ Assistentiæ; si fortè per antiquita-
tem non haberent. Ad nullam verò ex illi-
dem Congregationibus Provincialibus jus
habent, cum eodem funguntur munere.

6. Ipsorum literæ, Nostrorumque vi-
cissim ad illos referari non possunt ab ullo
Superiore, Generali excepto. In obitu
Assistentium, præter suffragia ordinaria,
tria Sacra, & tres Coronæ in tota eorum
Assistentia indicuntur; per reliquam verò
Societatem Sacrum unum, & una Coro-
na.

SECTIO IV.

Assistentium obligationes.

Quo pacto verò Assistentes officio suo
fungi debeant, petendum est ex ip-
sorum Regulis, quæ mandato Congr. 3.
Decr. 11. & 33. confectæ, postmodum
approbatæ D. 48. Con. 4.

Quid præstare
in se debeant.

1. Debent æmulari virtutes, quas Con-
stitutiones desiderant in Generali, & in ip-
sis Congregatio 1, D. 80. Scientiam re-
rum pertinentium ad Institutum parent.
Declinent quæ impedimento esse possunt
functionibus impositi muneris.

* R. Aff. 1. 1. 5.

Erga Societa-
tem.

2. Erga Societatem fidelitatem servent,
quam

quam interposito juramento sanxerunt; ut supra est dictum ubi de Preposito Generali Cap. 2. & juxta Const. P. 9. Cap. 4. & Cap. 5. & D. 28. 29. Con. 8. Ita suarum Provinciarum rem curent, ut publicam y R. 3. 4. anteponant. y

3. Erga Generalem providentiam exercent superius explicatam. Singulari caritate, & humilitate cum illo agant; ejus auctoritatem apud omnes tueantur; & benevolentiam erga ipsum augeant. Suum illi judicium submittant, ubi quid statuerit, vel ipsis prius auditis, vel non; ut aliquando potest. Curam corporis ejus non negligant, intenti ut laboribus, & rigori parcat, victumque & vestitum, convenientem habeat. Si Summus Pontifex, aliorum relatu, adduci videretur, ut Praepositum miteret, quo Societati non expediret, Affluentium erit, quid incommodi ex ea Misere Societas acceptura sit, fideliter representare. z

Erga Generalem.

z P. 7. c. 1. §. 2. & D. & P. 9. c. 4. §. 2. 3. 4. & c. & R. 7. 8. 9. & 19. 20.

4. Literarum capita, quae consultatione egent, apud se bene perpendant, & conferant etiam invicem; ubi vel ad praxim, vel ad doctrinam aliquid altiore postulat considerationem; ut facilius postmodum deliberatio apud Generalem sit. Curent nihil praetermitti rerum tractandarum. Quae ad

Quomodo in negativis se gerere debeant.

ad Procuratorem Generalem pertinent, ita ad illum rejiciant, ut diligentiam tamen ejus extimulent, & illius literas ad suas Provincias legant. Rectam intentionem habeant in Consultationibus, in iisdem libertatis debitæ, sed & modestiæ memores. Etiam si non interrogentur, poterunt Superiori proponere, quæ in mentem venerint usui futura. *a*

a P. 9. c. 6. §. 10.
& R. Assist. 10.
11. 12. 13. 14.
15. 16. 17. 18.

Quo pacto inter se.

5. Inter se verò Assistentes mutuam caritatem, & existimationem foveant, atque honore se invicem præveniant. In Consultatione si alter alterius dissolvere rationem debet, modestè se gerat; & negotiis Assistentiæ non suæ ne se immisceat. *b*

b R. 17. & 21.
22.

Et erga reliquos Societatis.

6. Erga reliquas Societatis Personas caveant ne Superiorum gubernationem impediunt, sed potius juvent. Secreti retinentes sint, & ejus gratia literas, aliaque secreta scripta ita clausa habeant, ut à nemine legi possint. *c*

c R. Assist. 23.
24. 25.

A P P E N D I X

De aliis Assistentibus non necessario adjungendis.

Assistentes alius generis

HIs Assistentibus, quorum officium hæcenus descripum est, S. Fundator alios adjungendos, censuit, numero prioribus